



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

10. Dies Novemb. Non est timendum, quod liberat ab omni timendo.
Tertullianus lib. de testam. animæ.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55659)

Novemb.

' Tesser.

895

num. Alterutrum necesse est eligas Dominum, vel qui supra omnes est, Deum, vel qui infra omnes, Diabolum. Vide quem eligas, quia nemo potest duobus Dominis servire: adstipulatur huic veritati Poeta:

Vix placet ambobus, qui vult servire duobus.

10. DIES NOVEMB.

Non est timendum, quod liberat ab omni timendo:

Tertullianus lib. de testam. Anima.

Ufus re- I. **D**O cui primas Deo tribuen-
Aus re- das, secundas tibi vendica.
rum om- Post Deum nullus tibi ipso
nium. propinquior; sic ergò vive,
ut vivas primum Deo, deindè tibi morere, quod
quoad refugis, vivere desinis, & vivendo mortuus
es. Est raræ artis & præclaræ virtutis, posse exequi
hoc paradoxum, videlicet moriendo vivere, & vi-
vendo mori. Hanc artem tibi suggerit, qui illam ter-
ris tradidit, cæli Magister, mortis victor, auctor vi-
tæ, qui te uti vivere docet, ita malè vivere dedocet, &
mori jubet, mandatque te ut cadaver, dum calcaris,
non ejulare; dum sperneris, non respondere; dum
pateris, non indignari; dum offenderis, non stoma-
chari; dum derideris, non obloqui; dum spoliaris,
non queri; dum percuteris, non altercari; dum acci-
pis injuriã, non rependere vindictam. Cavet eadè, ne
vivat in te stimulus carnis, quo Deo displiceas; pruri-
tus vanæ gloriæ, quo obscures Dei gloriam: cupidi-
tas honoris, quâ tollis honorem illi, cui soli debetur
omnis honor & gloria: amor opum, quo redderis
virtutū inops: appetitus laudum, sub quo latet con-

geries

geries fraudum; desiderium voluptatis, quæ est
 omnis amaritudinis. Hæc si in te vivant, nihil in
 minus est, quàm vita, quia similis vita, simillima
 morti. Ne timeas tibi mori, mors illa liberat te ab
 omni timendo; quid enim magis timendum, quàm
 peccatum? desines peccare, si incipias tibi mori.

II. Mori te, cum jubeo, vivere non prohibeo,
 imò vivere te cupio, sed anima potius quàm corpori
 spiritu magis quàm carne. Debes te uri ad Dei obse-
 quium, non te frui ad tuum delictum. Si te bene uteris,
 beatè fruere. Ustis tui officium tuum est: frui
 vitium. Labore frui non datur nisi transacto: non
 sane, imò insane judicas, si hic vivere, aliquid quam
 laborare existimas. Utere corpore ut animæ jumento
 ut sit illi adjumento, dum illius indiget obsequio
 sit illi usui, non oneri: ancilletur corpus, dominetur
 animus: præsit ille, hæc subsit: utere cibo, ut phar-
 maco: quidquid excedit modum, nocebit supra modum.
 Ubi ciborum est ingluvies, illic vitiorum est congre-
 gatio. Utere mero, merè ob debilitatè stomachi: quæ
 quid hic est nimium, est venenum. Pinguedo corporis,
 est languedo spiritus: illius satietas, hujus est debilitas.
 primus cibi abusus, primum infligit animo vul-
 nus, nova ergò ingeminas vulnera, dum nova ingeris
 fercula, utere vestimento, ut nuditatis tegum-
 to, non ut vanitatis ornamento. Sæpè vestis concu-
 nitas, est animæ nuditas. Sæpè ut latet sub sordido
 palliolo Pallas, ita & castitas. Utere rebus creatis ut
 alienis, non tuis: quantum requirit necessitas non vo-
 luntas: ubi desinunt esse necessaria, incipiunt esse
 perniciofa; dumque usum excedunt, luxu servantur.
 Has sic cura, ut creatorem non negligas: sic acquiras

illum non amittas; sic auge, ut virtutem non minuas, sic dispensa, ut charitatem usurpes.

III. Utere tempore, cum fœnore: utere ut thesauro, quia est pretiosius omni auro: inutilis ille est dum otiosus; exigit usuram, qui tribuit usum; illo si abuteris, æternum perdis, quod aufert præteritum, non reddet futurum. Utere anima tua, ut vita tua, quam ut sustentes, nutries meditando divina, amando cœlestia, desiderando æterna: ne mirare languorem, si parcum est nutrimentum: nec contagionem, si noxium est alimentum, meditando vana, amando vitiosa, desiderando illecebrosa, nutris animam non ad salutem, sed perniciem. Utere animæ facultatibus, ut vitæ adjutricibus, deserunt officium dum subtrahunt auxilium. Utere ratione, ut vitæ moderatrice, dicat agenda, monstret prætermittenda, dirigat actiones, cohibeat passiones. Præscribat finem, eligat media ex plurimis optima, modum agendi suggerat: locum, & tempus statuatur; respiciat præterita, consideret præsentia, prospiciat futura. Stude non multas scire agendi industrias, sed paucas rectè usurpare. Non est virtutis studium, sed curiositatis argumentum, novas sectari rerum agendarum rationes, & quas noveris fastidire. Imò est amoris proprii artificium, qui ut laborem, & molestiam fugiat, nova identidem indaget ut faciliora inueniat. Prævide quæ tendas, ne alio pervenias, quâ transeas, ne impingas: nec enim via quælibet ducit quo libet. His monitis, si sapias, & tibi consulis, parebis. Enimverò:

Si non parebis, cœlesti sede carebis.

II. DIES NOVEMB.

Doctrina in dictis, Scientia est, in factis virtus, *Quod sologus serm. 167.*

Opera re- I.
quiruntur
non ver-
ba.

Magnum est intervallum in hac duo, dicere & facere inter verba & facta, & vitam, & vitam, sermones actiones: parum proderit dicere Domine, Domine nisi servias Domino; nisi facias voluntatem Domini; fac, non dic. Quid juvat dicere faciendum non facere? Scientia Sanctorum est virtus, non doctrina; progreditur ad manus, non hæret in intellectu, nec solo affectu; est scientia manuum intellectualis. Verus Dei cultor, & mundi non tantum loquitur quæ sunt optima, sed etiam facit, quæ sunt honestissima, & quæ sunt alius temporis feræ, illi sunt temporis nundinæ, illius oratio *tonitruum, quia vita est fulgur*: ut loquitur D. Hieronymus. Nam vitæ probæ splendor, verbis admodum pondus, ut emittere videatur tonitrua, dum veritas talis erat, qualem omnes esse optarem; D. Martinus faciebat multa; dicebat pauca, pauperi eleemosinam flagitanti, non dedit verba, Deus te adjuvet, sed manu dicens, manum admovit gladio; & illum in dimidium dimidio. Non tantum sciebat misero stipem dandi, sed dedit. Adhuc catechumenus tamen erant significus. Non alios dandi instruebat præcepto, præbat exemplo. In ultimis mundi consummati cunctis: in illo celebri cæli terræque confesso torus mundus erit spectator illius pallii, dum Martinus vel illud induetur stola gloriæ.